



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXVII. De Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

T I T V L V S XXVII.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO
DEPOSITO, VEL INTERDICTO
MINISTRANTE.

Actum est in superioribus Titulis de varijs delictis, propter quæ Clerici dum excommunicantur, vel suspenduntur, vel interdicuntur; interdictam deponuntur: sed quia quandoque Clerici depositi, excommunicati, vel interdicti celebrant, & divinis officijs se ingerunt, ideo hîc agitur de pœna eis inferenda, ob novum hoc delictum.

§. I.

Quæ sit pœna Clerici depositi, ministrantis, vel exercentis actum Ordinis, vel officii sibi prohibiti: & quæ sit pœna Clerici excommunicati, vel suspensi, vel interdicti, celebrantis divina officia?

I.

ASSERTIO I. Clericus depositus, sive degradatus verbaliter, id est, perpetuò remotus ab Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, propter crimen, si celebret, vel actum Ordinis, aut Officij, à quo est depositus, exerceat, aut in eo ministret, excommunicari debet, prout statutum habetur in c. Si quis Episcopus 1. h. t. quod est desumptum ex Canonibus Apostolorum can. 27. ubi dicitur: Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, iuste depositus, propter certa crimina ausus fuerit attrectare, sive attingere Ministerium sibi dudum (id est, antequam deponeretur) commissum, is ab Ecclesia abscindatur. id est, excommunicetur, quia per excommunicationem abscinditur quis, sive separatur ab Ecclesia, id est, à communione fidelium, & participatione Sacramentorum, Hostiens. hic V. Abscindatur, & Abb. n. 1. not. 2. Requiritur tamen, ut præcedat monitio, juxta c. Sacro 48. de sent. excomm. Alex. de Nevo in Gl. ad Abbat. hic lit. B.

I I. Porro licet in cit. c. 1. tantum mentio fiat de Episcopo, Presbytero, vel Diacono, tamen idem dicendum est de omnibus alijs Clericis, etiam in minoribus Ordinibus constitutis, juxta c. seq. & Arg. c. Cum non ab homine 10. de Judic. Gl. hic V. Diaconus, & Hostiens. Abb. hic not. 1. Deinde quamvis hæc pœna excommunicationis imponatur hîc solum Clerico iuste deposito, tamen idem esset, si injuste, nisi prius restitutus fuisset, c. Episcopus 65. caus. 11. q. 3. dummodo sententia non sit lata contra Ordinem juris, quia tunc nulla esset, c. Siqui 41. §. Definitiva, caus. 2. q. 6. & habetur in c. 1. de sent. & re judic. Gl. hic V. Iuste, & Hostiens.

I I I. Præterea Presbyter, vel alius Clericus de-

gradatus actualiter, & solemniter, vel si ab officio perpetuò, si ministrare prohibito, & monitus ab Episcopo non communicari debet, nam in Concilio Antiocheno cap. 1. quod refertur in c. Si quis Presbyter, tutum fuit, quod si Presbyter, aut alius Clericus in Sacris, vel etiam in alijs Ordinibus constitutus, quo infra degradatus fuerit (ab Episcopo, aut iuste sibi alijs sex Episcopis in degradatum byteri, c. Felix 4. & c. seq. caus. 15. q. 3. Gl. gradatus, aut ab officio, propter certa crimina, seu depositus: & ipse postea peremptum, & superbiam, actum aliquem ministrare prohibiti exercere præsumperit, & ab Episcopo suo admonitus, non destiterit, excommunicari debet, & quicumque cum eo communicaverit, intercommunicati (ipso jure, sed minore excommunicatione, c. Cum excommunicato 18. & c. seq. caus. 11. q. 3. Gl. hic V. Excommunicato communicaverit cum excommunicato in crimine, tunc enim pari excommunicatione ligati, c. Quod in dubijs 30. de sent. excomm. Gl. communicaverit 19. V. Excommunicato, & c. Similiter qui participaverint Clericis interdictis, seu minorum Ordinum, nam sapienter de Clericis in Sacris, Hostiens. hic V. Clericis.) Laicis, vel feminis excommunicatis communicati erunt (scilicet minore excommunicatione, c. Excommunicatos 17. caus. 11. q. 3. non destiterint, majore excommunicatione coërcendi, cit. c. Quod in dubijs, & c. hic V. Observandum est, & Hostiens.) Si quis ista contemplerit, & Episcopus ipsius rigere non potuerit, invocetur auxilium Regis, & pœnâ exilij damnetur. Nam quando Clericus non habet ultra quod faciat, invocandum est brachij secularis, ut hic, & in c. 1. de heretico ordin. c. Nec licuit 4. dist. 14. 6. Peius 12. q. 1. utraque enim Potestas, Ecclesiastica, & Secularis, se invicem adjuvare debent, c. 2. de rebus eccles. est Magistratus Laicus, si requisitus ab Ecclesia nolit opem ferre, ad id compelli, Gl. hic V. Hostiens. V. Quod si aliquis.

I V. ASSERTIO 2. Pœna Clerici intercommunicati, vel suspensi, vel interdicti, celebrantis divina officia, est depositio perpetua ab officio, & beneficio, ut constat ex c. Clericus

Ubi Papa Alexander III. statuit, ut si aliqui Clerici ab Episcopis suis, vel etiam ex mandato Romanorum Pontificis, ab alienis Episcopis personaliter interdicti, vel excommunicati fuerint, & ante absolutionem Divina officia celebraverint, nisi moniti incontinenti, & sine dilatione redierint, sive se correxerint, propter tantam temeritatis audaciam perpetuo deponantur. Est autem hæc pœna depositionis, non lata, ipso jure, seu facto, sed imponenda per Judicem, *Abb. hic n. 1.* Eademque pœna depositionis imponenda est suspensio ab officio, si celebrat divina officia, *Gl. hic V. Moniti.*

V. Ubi notandum primò, si hujusmodi interdicti, excommunicati, vel suspensi, admoniti se emendent, non sunt deponendi, ut colligitur ex textu ibi: *nisi moniti, sine dilatione, redierint, Suar. dis. 11, de censur. sec. 3. n. 2.* quamvis *Gl. hic V. Moniti, & Abb. n. 2.* dicant, quòd suspensus, interdictus, vel excommunicatus, celebrans divina officia debeat incontinenti deponi ab officio, & beneficio, etsi paratus sit se corrigere, adeoque ad depositionem faciendam non debeat necessariò præcedere monitio, ut patet ex c. *seq.* sed quòd hæc monitio dispensativè intervenit.

Notandum secundò, Episcopus potest cum Clerico in hac pœna depositionis imponenda per Judicem, qui celebravit in censura, dispensare, si paratus sit se corrigere: quamvis ipsa pœna irregularitatis, quæ ipso jure incurritur, inferior Papæ dispensare non possit, *Abb. hic n. 2.* sicut etiam non potest Episcopus restituere Clericum gradui, & Ordini Clericali, si justè sit depositus ob crimen, sed solus Papa: secus si injustè, nempe per falsos testes, vel instrumenta, c. *Episcopus. 65. ibi: si innocens reperitur, caus. 11. q. 3. Gl. fin. hic & Abb. n. 3.* Alii verò apud *Barb. in Collect. hic num. 4.* non minùs probabiliter ajunt, verbiabiliter depositum posse per Episcopum restitui, non autem actualiter degradatum, quem solus Papa restituere potest.

VI. Præterea eadem pœna depositionis statuta est in excommunicatos, vel interdictos, vel suspensos, celebrantes divina officia, cum aliqua tamen limitatione, seu exceptione in c. *Latores. 4. h. t.* Nam cum quidam Presbyteri accedentes ad Alexandrum III. Papam, ei significassent, quòd tam ipsi, quam multi alii, postquam interdicti, vel excommunicati fuerunt (vel etiam suspensi, *Gl. hic V. Deponas.*) divina officia celebrarent: mandavit Papa Archiepiscopo Toletano, ut si XL. solùm, vel pauciores in hoc deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab Officio Sacerdotali deponat. Si vero multitudine magnam in hoc peccasse cognoverit, illos in perpetuum deponat, quos magis causam delicti dedisse constiterit: alios verò, qui non tantum deliquerunt, ab officio suspendat ad tempus, & omnibus pœnitentiam, secundum quod ipsi videri fuerit, injungat.

VII. Pro declaratione hujus cap. notandum primò, Clericus suspensus, interdictus vel excommunicatus celebrans divina officia, sine alia præmonitione, deponi potest, ut dictum etiam supra, & docet *Abb. hic num. 1.* quanquam *Hostiens. hic V. Presumptum*, ait, quòd potest hic subaudiri, si moniti non destiterint, adeoque monitionem prærequiri

Tomus V.

ad depositionem faciendam; consentit *Suar. loc. supr. cit.*

Notandum secundò, quando deliquit multitudo, tum mitior pœna imponenda est, & parcendum multitudini, propter scandalum, vel aliam publicam causam, ut si in civitate aliqua facta sit conjuratio, vel proditio, juxta vulgatum illud dictum: *Ob populum multum crimen pertransit inultum.* Principales tamen Auctores delicti debent pœnà ordinarià plekti, nam qui magis peccant, magis sunt puniendi, & ubi major est culpa, major debet exerceri vindicta, *Gl. hic V. Magis.* Aliis verò mitior pœna imponitur, uti sumitur ex hoc c. Nam si plures Sacerdotes essent in aliquo loco, qui censurà ligati celebrassent officia divina, & omnes in perpetuum deponerentur, Ecclesiæ nimiam Sacerdotum penuriam paterentur, cum damno spiritali populi, *Hostiens. hic V. 40. solummodo, & Abb. n. 3. & 4.* Et licet hic dicatur, quòd multitudo censetur, si numerum quadragenarium excedat: tamen alius quoque, arbitrio viri prudentis, statui posset, prout sunt plures, vel pauciores Clerici. Unde si in tota Diocesi non fuissent, nisi XXX. Presbyteri, & omnes essent excommunicati, vel interdicti, vel suspensi, & de hoc constitisset Papæ, magis temperasset hunc numerum, *Hostiens. hic & Glossator Abbas. Alex. de Nevo hic lit. G.*

Notandum tertio, hæc pœna perpetuæ depositionis, non tantum est ab officio, sed etiam à beneficio: Non enim debet percipere beneficium, qui non facit officium, c. *Pasioralis. 53. in fine de appellat. Gl. hic V. Ab officio, & Hostiens. ibid.* Non tamen universim & semper, qui est suspensus ab officio, est etiam consequenter suspensus à beneficio, nisi sit suspensio perpetua, & ob grave delictum: secus si sit ad tempus tantum, vel etiam simpliciter facta, sine præfinitione certi temporis, aut ob leve delictum, vel non enorme, *Sanch. l. 3. de matr. dis. 41. n. 13. Barb. in Collect. hic n. 3.* & alii apud ipsum. In dubio autem tutius est, ut petatur declaratio Judicis, *Glossator Abbas. hic lit. F.*

Notandum quartò, pœnitentia hic imposita est arbitraria, & facta est dispensatio auctoritate Papæ, quia per se id Episcopus non posset, *Gloss. fin. hic.*

VIII. Porro præter pœnas allatas, alia pœna decreta est in excommunicatos præsumentes celebrare divina officia, scilicet ut priventur omnibus beneficiis Ecclesiasticis, prout habetur in c. *Fraternitatis. 6. h. t.* Nam cum Archiepiscopus Bisuntinus excommunicasset quosdam Presbyteros, & Clericos, ob sua delicta, qui nihilominus post excommunicationem celebrarent divina officia, quaesivit Archiepiscopus ab Innocentio III. an posset eos suis beneficiis spoliare? Respondet Papa, si pro suis excessibus anathematis, sive excommunicationis sententiâ Canonice sunt innodati: & postea præsumperunt, vel etiamnum præsumunt officia divina celebrare, poterit eos rationabiliter omnibus beneficiis Ecclesiasticis spoliare.

IX. Hinc inferitur primò, quòd non solùm à jure, sive Canone, sed etiam ab homine, nempe Episcopo potest excommunicatio ferri propter crimen, ut patet ex hoc c. ibi: *pro suis excessibus*: quod tamen ita intelligendum est, quòd crimen solùm sit causa mediata

T 2

§. II.

An qui dubitat se esse excommunicatum, quia per solam famam vit, sententiam excommunicatam contra se latam esse, si postea divina, incidat in penas celebrantes officia divina decretas?

mediata excommunicationis ferendæ ab homine, quia nemo per sententiam Judicis immediate excommunicari potest, ob crimen commissum, nisi sit contumax in non satisfaciendo pro crimine, ut notat *Gl. in c. Episcopi. 8. V. Minimis caus. 11. q. 3. & Abb. hic n. 1. not. 2.*

Inferitur secundo, Episcopus potest dispensare cum excommunicato celebrante divina officia, circa poenam ei imponendam ab homine, ut colligitur ex hoc c. ibi: poterit, quod non inducit necessitatem, non enim quicquid Judicis potestati permittitur, id subijcitur juris necessitati, l. Non quicquid. 40. ff. de Iudic. nisi quis de delicto accusetur, & vincatur, tunc enim à Jure ex necessitate puniri debet, *Hofstiens. hic V. Poterit, & Abb. n. 1. not. 2.*

Inferitur tertio, Clerici in excommunicatione celebrantes divina officia, non tantum spoliari beneficiis, sed etiam perpetuo ab Ordine deponi possunt, c. Latores. 4. h. t. neque cum eis, quoad hanc poenam, dispensare potest Episcopus, ut restituantur, *Gl. fin. hic & dictum supra*. Sed quia quandoque non potest facile fieri depositio ab Ordine, & gradu Clericorum, siue degradatio actualis, ad quam requiritur certus numerus Episcoporum, qui subinde haberi non potest: privatio vero beneficiorum fieri potest per solum Episcopum, saltem cum consilio Capituli, ideo Papa hanc poenam tanquam faciliorem hic expressit, *Hofstiens. hic V. Spoliare, & Abb. n. 2.*

X. Queritur hic præterea, quæ sit poena in Jure decreta in celebrantes Officia divina in loco interdicto? Resp. si Clerici sint, privandi sunt beneficiis suis: si vero Religiosi, detrudendi sunt in arctius Monasterium, prout statuitur in c. Postulastis. 7. §. Quævis sitis. h. t. Nam cum quæsitum fuisset ex Innocentio III. qualiter puniri debeant Clerici, vel Monachi aut Moniales Ecclesiarum Conventualium, qui post latam interdicti sententiam, in locis suppositis interdicto, hæcenus præsumpserunt, & adhuc non verentur divina officia celebrare, quamvis propter hoc sint excommunicati? Et respondet Papa, quod Clerici, qui talia præsumpserunt, Ecclesiasticis beneficiis sunt spoliandi: Monachi vero vel Moniales in arctiora Monasteria ad agendam poenitentiam detrudendi. Ubi *Gl. V. Spoliandi*, ait, quod etsi talis Clericus, qui in loco interdicto divina officia celebravit, idcirco excommunicatus fuit, dicat, quod sit injuste excommunicatus, non audiat. Ratio est, quia excommunicatio etiam injusta ligat quoad se, c. Cum contingat. 36. de offic. Iud. deleg. Et si quis contemnat excommunicationem, etsi injustam, ea ligatur etiam quoad Deum, c. Pertuas. 40. de sent. excomm. frustra ergo postquam eam contempnit, allegat illam esse injustam, *Abbas in cit. c. Postulastis in fine h. t.* Deinde celebrantes divina in loco interdicto, etiam sunt suspensi, & irregulares, c. ult. de excessib. Prælat. Unde etiam deponi, seu degradari possunt, c. Latores. 4. h. t. *Gl. in cit. §. Quævis sitis. V. Celebrare. h. t.* Ratio est, quia celebrans divina in loco interdicto Ecclesiasticam censuram contemnit ac violat, & Clerici isti excommunicati erant, idcirco merito deponi ac degradari poterant: Papa tamen poenam privationis beneficiorum statuit, quæ facilius infligi potest, *Hofstiens. hic V. Spoliandi in fine, & supra dictum.*

XI. Respondetur affirmative, spectante rigore, quamvis ex misericordia cum illo dispensari possit, prout habetur de censuris in c. Minus. 5. h. t. Nam cum Episcopus Hildeshemensis, non petita, nec obtenta licentia a Papa, sua Ecclesiâ, Herbipolensem Ecclesiam, per auctoritatem, occupasset: Papa Innocentius mandavit Archiepiscopo Magdeburgensi, ut factum istud in partibus illis notorium esset, infra XX. dies ab administratione Herbipolensis Ecclesiæ cessaret, ipsum excommunicaret, & excommunicatum publicè denuntiaret, quod Archiepiscopus non distulit adimplere. Ipse Episcopus Hildeshemensis nihilominus per idem divina officia celebravit, & se communioni fidelium intermixxit. Sed postea coram Papa continuatum suum errorem confessus, misericordiam, & iudicium postulavit: hoc tamen inter alia inculpationem proposuit, quod cum Magdeburgensi non esset Ordinarius ejus Jure, non crederet quod monitione non premissa, posset contra eum procedere, auctoritate delegatæ, aut sententiam eum aliquam promulgare. Unde cum nec nec post factum, litteras monitorias ab eo accepisset, non putabat se peccare, si divina officia, quævis solemniter, celebraret: maxime cum illud constaret, nisi per famam de sententia excommunicationis contra eum lata.

His auditis, Papa rescriptis Capitulo Herbipolensi, quod quamvis in hoc non omnino culpam videatur extitisse: quia tamen in dubio non est eligenda, tamen si dubitaret de sententia lata, debuerat tamen potius abstinere, quædam menta Ecclesiastica pertrahere. Illud vero allegabat, quod sub spe veniæ à Papa obtinuit postquam noverat se esse excommunicatum, & officia sibi celebrari fecit, & communioni fidelium se ingessit, ipsum non excusat, sed potius eum facit, cum sub spe veniæ nullas debet querere: & gravior sit excommunicatio contra alios, quam ab aliis non vitari. (quia in hoc patitur, in alio, scilicet non vitare, quasi agere in ejus est potestate, & ideo in uno peccat, in alio non peccat, *Gl. hic V. Finare.*) Papa tamen eo misericordiam faciens, non imponit ei poenam quam Canon illis infligit, qui post excommunicationem, divina officia celebrare præsumunt, se ingerere celebrationi divinorum, quæ ab ipso

depositionis, c. Si quis Episcopus. 6. & c. seq. caus. 11. 7. 3. & c. Latores. 4. h. t. Gl. fin. hic & Hostiens. V. Canon.

XII. Pro explicatione huius cap. notandum primò, quando factum, seu delictum notorium est, non requiritur, ut præcedat monitio, vel citatio Rei, aut alius processus, sive causæ examinatio, c. Bonæ. 23. §. Porro de elect. adeoque potest etiam fieri excommunicatio, sine alia monitione, Abb. hic num. 3. quia notorium, & publicum præsumuntur omnes scire, Barb. hic n. 2.

Notandum secundò, qui habet notitiam sententiæ excommunicationis contra se latæ, etiam per solam famam, debet abstinere à communione fidelium, & Sacramentorum participatione, & se genere pro excommunicato, quia in dubio tutius est abstinere, & tutior via est eligenda, ut colligitur ex hoc c. quia non abstinendo contemnit auctoritatem, & potestatem, quam habet Ecclesia, ejusque Prælati, Abb. hic n. 4. & ibi ejus Gl. Ant. de Burzio lit. C. quamvis non ita graviter peccet, sicut si pro certo scivisset, excommunicationem contra se latam esse, Abb. c. l.

Notandum tertio, non solum si excommunicatus per se celebret divina, sed etiam si faciat coram se celebrari, & eorum celebrationi se immisceat, graviter peccat, & est deponendus, Hostiens. hic col. 3. V. Celebrationi, & Abb. n. 6. & 8. quia æquè videtur contemnere excommunicationem, & usurpare communionem fidelium sibi interdictam, quippe cum tam activa, quam passiva ei sit prohibita, unde nec alii debent ipsi communicare. An autem talis fiat etiam irregularis, infra dicitur.

XIII. Notandum quarto, qui dubitat de facto, propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, tenetur tutiorem partem eligere, & se excommunicatum aut irregularem in dubio existimare debet, & consequenter à celebratione divinarum officiorum, & à fidelium communione abstinere, ut colligitur ex hoc c. Sayrus in Clavi Regia lib. 1. c. 13. n. 23, Barbos. in Collect. hic n. 7.

Notandum quinto, notitia, quæ habetur ex sola fama, præbet iustam causam minuendi penam contrahenti, arg. hujus c. ubi ei, qui per solam famam intellexit, se esse excommunicatum, & post excommunicationem officiis divinis se immiscuit, pena ordinaria depositionis non est imposita, sed remissa, quam remittere potest solus Papa, Gl. fin. hic & Hostiens. in fine, Barb. in Collect. hic n. 5.

Notandum sexto, etsi is, qui temerè, & propria auctoritate ab uno Episcopatu transit ad alium, in penam utroque carere debeat, c. Quanto. 3. de transl. Episc. tamen in casu huius cap. Papa Episcopo Hildesheimensi fecit gratiam, quoad penam imponendam, ex eo, quia celebravit divina post excommunicationem, ut non incurreret penam depositionis, nam licet utroque Episcopatu fuerit privandus, in penam temerariæ translationis ab una Ecclesia ad aliam: mansit tamen Episcopus, sive retinuit Episcopalem dignitatem, etsi sine Episcopatu, & poterat assumi ad alium Episcopatum, & ministrare, seu celebrare divina officia, quod non potuisset, si fuisset depositus ab celebratione divinarum officiorum post excommunicationem, & in hoc Papa fecit ei gratiam, Abb. hic in fine.

§. III.

An excommunicatis possint conferri beneficia Ecclesiastica, & quæ pena imponi debeat iis, qui beneficia illis conferunt?

XIV. De utraque hac questione agitur in c. Prolapsis. 7. in princ. h. t. in quo Innocentius III. ita retribit. Quod cum excommunicatis (majore excommunicatione) communicari non debeat (sicut etiam habetur in c. Cum excommunicato. 18. caus. 11. q. 3.) ideo Clericis excommunicatis beneficia Ecclesiastica conferri non possunt, nec illi valent illa licite retinere, nisi cum eis fuerit ex misericordia dispensatum, cum ea non fuerint Canonice consecuti. Ratio est, quia beneficia Ecclesiastica præcipue dantur propter officium, c. ult. de rescript. in 6. c. Cum secundum. 14. de præbend. ipse autem excommunicatus à jure suspensus est ab officii executione, adeo ut si in excommunicatione celebret divina officia, fiat irregularis, c. 1. & c. Is cui. 20. de sent. excomm. in 6. c. 1. de sent. & re judic. in 6. de quo infra: Covarr. in c. Alma. de sent. excomm. in 6. p. 1. §. 7. n. 1. & alii DD. communiter. Ex quo sequitur, quod collatio beneficii excommunicato facta sit ipso jure nulla, prout sumitur ex hoc c. Ubi non solum dicitur, quod Ecclesiastica beneficia conferri non possunt excommunicatis, sed nec valent illa licite retinere, quia illa non fuerunt Canonice consecuti, quæ verba aperte significant, eos non fecisse sua illa beneficia, adeoque collationem esse ipso jure nullam, Suar. dis. 13. de censur. sec. 1. n. 2. cum enim excommunicatio reddat eos, qui illa sunt ligati, omnino inutiles ad officium Ecclesiasticum exercendum, consequenter etiam ad beneficium obtinendum, vel retinendum, Gl. hic V. Canonice, Garc. tr. de benef. p. 7. c. 13. n. 3. & 4.

XV. Extenditur autem primò, quod excommunicatis non possint conferri beneficia Ecclesiastica, si ve excommunicatio sit lata à jure, si ve ab homine, quia eadem in utraque militat ratio, Covarr. c. l. n. 1. in fine, & si ve per sententiam generalem, si ve per specialem: si ve publice, si ve occultè sit excommunicatus, ita ut etiam si probabiliter, & invincibiliter ignoret se esse excommunicatum, collatio tamen beneficii sit nulla: quia hic effectus inhabilitatis ad beneficia non pendet ex scientia, vel ignorantia excommunicationis, quia non est culpa aut culpæ excusatio, neque requiritur ut sit voluntarius ipsi excommunicato, ergo inhabilis est ad beneficia, etiam si talem se ignoret. Similiter conferens beneficium, etiam si ignoret eum, cui confert, esse excommunicatum, re ipsa nihil efficit, quia circa subiectum incapax operatur, quod generale est in omnibus impedimentis irritantibus, Suar. cir. sec. 1. n. 3. & 30. & ignorantia excommunicationis excusat quidem à culpa, & à penis in excommunicatos jure statutis, aliquid ipsis in eo statu prohibitum agentes, non tamen reddit validum actum, qui ipso jure est nullus, scilicet collationem beneficii excommunicato factam, Covarr. c. l. n. 3. not. 10. Suar. c. l. Garc. cit. c. 13. n. 9. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. v. 2. n. 7. & alii apud ipsum. Et hinc etiam si ipse excommunicatus, tempore collationis beneficii, nondum fuerit denunciatus, non tamen valet collatio, quia Constitutio Concilii

Constantiensis *Adevitanda*, nullum favorem exhibet ipsis excommunicatis, nec aliquam eis utilitatem adferre, idcirco vetus Jus quoad illos servandum est, *Covarr. c. l. n. 2. not. 6.* neque inter excommunicatum denuntiandum, sive vitandum, & non denuntiandum, sive toleratum, est differentia in iis, quæ tendunt in favorem excommunicati: sicut & in iis, quæ non geruntur ratione publici officii, sed concernunt privatam utilitatem ipsius excommunicati, vel alterius, non est differentia inter publicum, & occultum excommunicatum, *Abb. hic n. 4. & Barbos. n. 8.* Sed etsi excommunicatus, communi opinione, reputetur absolutus ab excommunicatione, irrita tamen est collatio beneficii eidem facta, quia in hac re non habet locum *l. Barb. b. r. 3. ff. de Offic. Præf. sed veritas opinioni præfertur, Barb. in cit. c. Postulatus. n. 11. h. 1.*

XVI. Extenditur secundò, quòd collatio beneficii sit nulla, etiam si Excommunicatio injusta fuerit, modò ritè, & validè sit facta, *Covarr. cit. §. 7. n. 7. in fine. Garc. c. l. p. 11. Barb. hic n. 4.* & alii, quia non obstante injustitiâ excommunicationis, adest inhabilitas ex parte excommunicati, supposito quòd excommunicatio sit valida.

Extenditur tertio, etsi collatio beneficii sit facta motu proprio, quia hic non inducit dispensationem aliquam, nec tollit vitium, quo quis impeditur à jure obtinere id, quod ipsi conceditur, sicut non inducit dispensationem, ut quis simul acquirat duo beneficia, quæ secundum Jus Canonicum simul obtineri non possunt, *Covarr. c. l. n. 2. not. 4. Garc. cit. c. 13. n. 5. Suar. cit. sec. 1. n. 13.* Ubi id limitat, nisi Papa sciens aliquem excommunicatum esse, illi conferat beneficium, tum enim censetur tacite cum ipso dispensare, cumque absolvere ab excommunicatione.

XVII. Extenditur quartò, quòd beneficium excommunicato collatum non possit ab ipso licitè retineri, etiam in foro conscientie, cum non sit in eo Canonicè institutus, *Abb. in cit. c. Postulatus. n. 2. h. 1. Garc. c. l. n. 10.* & alii: Idque procedit, etiam si postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione, quia cum talis collatio fuerit ab initio nulla, non potest postea convalescere, nisi fiat nova collatio, vel legitima dispensatio, quæ illi æquivalet, *arg. c. Non firmatur. 18. de R. I. in 6. l. Quod ab initio. 29. ff. eod. Covarr. c. l. n. 2. not. 7. Suar. cit. sec. 1. n. 2. Garc. c. l. n. 8.* Ex quo inferitur, quòd nec fructus ex tali beneficio perceptos possit retinere, quia in excommunicatione eas percepit, & quia beneficium non erat suum, *Suar. c. l. Ubi tamen n. 3.* ait, posse excusari excommunicatum à restitutione fructuum perceptorum ex beneficio collato in excommunicatione, si bonâ fide ignorans se esse excommunicatum, aliquod officium, vel ministerium exercuit, ratione beneficii: tum enim justè potest congruum stipendium sustentationis, sive mercedem laboris ex fructibus beneficii accipere, ratione operis, quia inservivit Ecclesiæ, vel etiam si ultra necessarium stipendium plures fructus percepit, & bonâ fide illos consumpsit, nec locupletior inde factus est, non tenetur aliquid restituere, nec ratione injustæ acceptionis, cum bonâ fide percepit, & sine sua culpa: nec ratione rei acceptæ, cum jam illa non extet, nec in se, nec in aliquo, quod loco illius permaneat.

XVIII. Extenditur quintò, quòd collatio

omnis beneficii Ecclesiastici propriè dicti, nunciatum facta sit nulla, sive sit beneficium non, sive ex minoribus, sive etiam ex majoribus, Episcopatus, Præpositura, vel alia dignitas sit beneficium seculare, sive regulare, *l. n. 4. Barb. hic n. 11.* Ratio est, quia Canonicè collatum, ubi simpliciter, & generaliter dicitur, excommunicationis vinculo innodatur, & beneficia conferri non possunt, nec illa valeant, sed etiam in quacunque dignitate, vel officio Ecclesiastico, etiam si ad tempus tantum, vel cui annexa est jurisdictio, vel administratio, sive auctoritas, ut est munus Legati Apostolici, Vicarii Generalis Episcopi, vel Administratores Episcopatus, vel Prælati Ordinis, item delegatus conferendi, vel eligendi, *Suar. c. l. n. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 7.* Ratio est, tum quia excommunicatus beneficium Ecclesiasticum recipere non potest, quia cum eis communicari non debet, *Postulatus.* At qui assumitur ad munus, vel officium Ecclesiasticum, vel maxime communicatum in rebus Ecclesiasticis cum aliis, ergo excommunicatus non potest assumi ad tale munus. Temporaliter prohibetur exercitium alicujus actus, potest etiam omne id, per quod pervenitur ad tale, ex generali regula, quam tradit *Abb. in c. l. n. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 7.* atque excommunicato prohibitum est contrarium Ecclesiastici muneris, vel dignitatis, quia incapax omnis ultis jurisdictionis, & Ordinis, etiam prohibita est collatio illius, quippe qui ordinatur ad exercitium talis muneris. Excommunicatus debet Papalis dignitas, à qua nemo excommunicatus potest excommunicationem, *Suar. c. l.*

XIX. Extenditur sexto, etiam penitus beneficium Ecclesiastico excommunicato collatum, licitè, nec valde potest. Idque certum est, quia collatio merè spirituali, quæ in spirituali statu datur, sive ob spirituale ministerium datur, v. g. Coadjutori Episcopi, vel Cooperatori Episcopi, quia hac propter spirituale officium datur, non est beneficium, quod excommunicatus recipere potest, adeoque sicut beneficium, ita & collatio est incapax, *Avila p. 2. de censur. c. 6. de p. conclus. 2. Garc. p. 1. de benef. c. 5. num. 21. cit. c. 2. num. 8.* At verò pensio temporalis, quæ propter temporale aliquod ministerium assignata, & laicis etiam competere potest, non est beneficium, quia potius temporalis stipendii rationem habet, cum non detur propter spirituale officium, quod exerceri debeat, cessat prohibitio juris, *Avila p. 2. de censur. c. 6. de p. conclus. 1. Laym. c. l.* Quin imò etiam pensio temporalis, etiam si ob spirituale ministerium non detur, non est beneficium, & loco beneficii non habet, quæ datur Clerico non habenti sufficientem rationem, ob causam resignationis, vel permutationis.

vel ob cessionem litis, probabiliter assignari potest excommunicatio, propter declarationem Cardinalium Concilij Trid. super *Seff. 14. c. 7.* ubi dicitur, incapacitatem homicidæ ad beneficia non esse extendendam ad pensiones: quod non videtur esse intelligendum de pensione merè spirituali, quæ ob spirituale officium datur, sed de ea, quæ ob aliam causam, sive laico, sive Clerico assignatur, *Garc. cit. c. 5. n. 137. Laym. cit. l. quamquam Covarr. cit. §. 7. n. 2. in fine, & Suar. cit. dis. 13. sec. 1. n. 9.* absolute negent ullam pensionem Ecclesiasticam conferri posse excommunicato, quia redditus pensionis sunt fructus Ecclesiastici, quos excommunicatus non facit suos. Verum licet tales redditus proveniant ex beneficio Ecclesiastico, non tamen propriè & formaliter sunt fructus Ecclesiastici, si non dentur propter officium spirituale.

XX. Extenditur septimò, etiam electio, postulatio, confirmatio, presentatio, seu nominatio excommunicati ad beneficium est irrita, quia Canonibus, quoad hoc, omnes pensiones beneficiorum parificant, & omnes hi actus proximè ordinantur ad beneficij adeptionem, *Covarr. cit. §. 7. n. 1. not. 1. & 2. Suar. cit. sec. 1. n. 10. Garc. cit. c. 13. n. 14.* Idemque dicendum de resignatione beneficij in favorem excommunicati facta, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, invalida enim est, *Suar. cit. l. n. 11.* Neque etiam valet permutatio beneficiorum facta cum excommunicato, quia in ea fit mutua collatio, & per illam novum beneficium, ac jus acquiritur, cujus excommunicatus est incapax, *Covarr. cit. l. n. 2. not. 5. Suar. cit. l. n. 10. Garc. cit. l. n. 15.* Sed neque in commendam dari potest beneficium excommunicato; nam datio est irrita, quia illa etiam ordinatur ad officium, ad quod excommunicatus est inhabilis, *Suar. cit. l. n. 14. Barb. hic n. 15.* Denique omnis etiam impetratio Litterarum ad obtinendam beneficia facta ab excommunicato est nulla, *Arg. c. 1. de rescript. in 6. ubi universalliter dicitur, rescriptum impetratum ab excommunicato esse nullum, Covarr. cit. l. n. 3. not. 11. Suar. cit. l. n. 12.*

XXI. Ceterùm quod dictum est, excommunicatis majore excommunicatione non posse licetè, nec validè conferri beneficia, limitari debet primò, quòd non procedat, si excommunicatio sit invalida, quia lata à Judice non suo, vel post appellationem interpositam; vel quia sententia, per quam lata est, continet manifestum, & intolerabilem errorem, hæc enim, cum sit ipso jure nulla, nullum effectum habere potest, *Covarr. cit. §. 7. n. 5. not. 13. & alij apud Barbof. in Collect. in cit. c. Postulastis. n. 19. h. t.*

Limitatur secundò. Si collatio beneficij alicui absenti facta sit, ante excommunicationem, & isque postea excommunicatus eam acceptet, & ratam habeat, valida est acceptatio, *Covarr. cit. §. 7. n. 4. not. 11. Azor. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 9. Garc. p. 7. c. 13. n. 35. & seqq.* Ratio est; quia acceptare beneficium, non est quid juris, sed ad nudum factum pertinet, non enim est actus jurisdictionis, nec collatio juris, sed solum declaratio proprii consensûs, per quem non novum jus acquiritur, sed jus (saltem ad rem, ut inter alij conferri non possit beneficium, juxta c. Si tibi. 17. de præbend. in 6.) jam antè datum, & acquisitum, ratum, & acceptum habetur, de quo plura

videri possunt apud *Suar. cit. dis. 13. sec. 1. n. 17. & 18.* ubi bene rem hanc explicat.

Limitatur tertio. Quando quis excommunicatur, post collationem beneficij factam, et si ea nondum sit executioni data, valida est collatio, ut decidit Rota, & tradunt alij DD. apud *Barb. hic n. 22.*

XXII. Limitatur quartò. Possessor triennalis alicujus beneficij, et si collatio ei facta sit tempore, quo erat excommunicatus, non potest amplius molestari, quia licet hujusmodi excommunicatus careat titulo colorato, quoad alios Juris Communis effectus; non tamen quoad effectum regulæ de triennali possessore, *Navarr. in c. Si quando except. 10. n. 9. de rescript. & in illa regula excipiuntur tantum simoniacus, & intrusus in beneficio, Garc. cit. c. 13. n. 7. Barbof. hic n. 20. contra Rebuff.*

Limitatur quintò. Si quis excommunicatus sit, post interpositam appellationem, & eà pendente, conferatur ei beneficium, collatio est valida, quia talis excommunicatio est nulla, *Covarr. cit. §. 7. n. 5. not. 13.* quod verum est, si certum sit, appellationem esse validam, non autem si notorium sit, eam non valere, quia appellatio frivola non suspendit jurisdictionem Judicis, à quo appellatum est. Quòd si dubium sit, an appellatio sit valida, necnè: tum res pendet ex eventu futuro; si enim Judex, ad quem appellatum est, declarat appellationem fuisse legitimam, collatio erit valida: sin autem illegitimam, collatio quoque erit nulla, ut ex Ricciolo tradit *Barb. in cit. c. Postulastis. n. 32. h. t.*

Limitatur sextò. Valida est provisio de beneficio alicui excommunicato à Papa, vel ejus Legato facta, cum clausula absolutionis à censuris, ad effectum gratiæ factæ duntaxat consequendum, quæ in Litteris Apostolicis apponi solet per ista verba, *Tè que à quibusvis censuris &c. Avila p. 2. de censur. c. 6. dis. 5. dub. 2. concl. 1. not. 4. Garc. cit. c. 13. num. 59. Barbof. in cit. c. Postulastis. n. 24. h. t.*

Limitatur septimò. Si excommunicatus beneficij sibi ante excommunicationem collati possessionem apprehendat, valet illius possessionis adeptio, quia talis apprehensio in facto, non in jure consistit, *Azor cit. lib. 6. c. 7. q. 10. Barb. cit. l. n. 26.*

XXIII. Jam verò ad posteriorem questionem quod attinet, quæ pœna sit imponenda conferentibus beneficia excommunicatis, ea est pœna suspensionis à collatione beneficiorum, prout statuitur in *cit. c. Postulastis. §. 5. Illi verò h. t.* ubi dicitur: qui scienter illa beneficia talibus (scilicet excommunicatis) contulerunt, tamdiu debent à beneficiis collatione suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur (per suum Superiorem) ut puniantur in eo, in quo delinquere præsumpserunt. Neque in hoc casu requiritur alia monitio, quæ solum necessaria est, quando indigni, ob defectum in moribus, vel litterarum scientiâ, promoventur ad beneficia, juxta c. Grave. 29. de præbend. *Abb. hic n. 3.*

XXIV. Ubi notandum primò. Ad hanc pœnam suspensionis incurrendam requiritur, ut scienter beneficia sint excommunicatis collata, ut patet ex textu, ibi: *scienter*: ergo si ignoranter, nulla pœna incurritur à conferente, quamvis collatio sit nulla, *Abb. hic cit. n. 3.* Nec obstat cap. Cum in cunctis. 7. §. ult.

§. ult. in fine de Ele& ubi scienter conferentes beneficia indignis videntur ipso jure suspensi à collatione beneficiorum. Verùm vel ibi sermo est de beneficijs curatis, hinc verò de simplicibus, quia in illis major diligentia est adhibenda, quàm in istis. Vel ille textus loquitur, quando Episcopus scienter confert beneficia indignis in moribus, vel scientiâ: non autem si ex alia causa indigno, ut quia est excommunicatus, Abb. hic n. 6.

Notandum secundò. Hæc pœna suspensionis potest imponi ab immediato Superiore ejus, qui scienter contulit beneficium excommunicato, ac proinde si is sit Prælatus inferior Episcopo, poterit suspendi per Episcopum suum, Arg. c. Si quis Abbas, 15. caus. 18. q. 2. Si verò Episcopus, per Archiepiscopum suum, qui est Ordinarius omnium Episcoporum suæ Provinciæ: si verò Archiepiscopus fuit collator, potest suspendi per Patriarcham suum, Arg. cit. c. Grave. de præbend. Abbas in cit. c. Postulâstis. num. 11.

XXV. Notandum tertio. Quod verò attinet ad pœnam recipientis beneficium in excommunicatione, nulla alia reperitur pœna in jure statuta, nisi quod collatio sit nulla, ut notat Suar. cit. dis. 13. sec. 1. n. 34. Nam etsi Gl. in cit. c. Postulâstis. V. Retinere, h. t. dicat, quod tales excommunicati etiam beneficijs alijs prius obtentis sint privandi, id tamen nullo jure probatur, nisi per annum in excommunicatione perfluerint, vel juxta alios per triennium, Arg. c. Cum bone. 8. de etate & qualitat. ord. Abb. in cit. c. Postulâstis. n. 4. h. t.

§. IV.

Proponuntur, & resolvuntur alia quadam quæstiones circa collationem beneficiorum, excommunicatis factam.

XXVI. Quæritur primò. An cum eo, qui in excommunicatione beneficium obtinuit, & postea ab ea absolutus est, possit dispensari, ut illud retineat, & à quo? Resp. posse dispensari, ut constat ex cit. c. Postulâstis. ibi: nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum. h. t. Et sic potest aliquando dispensatio fieri, etsi collatio beneficij fuerit invalida, quia talis dispensatio habet vim collationis, sive est virtualis quædam beneficij collatio, adeoque alia nova collatio non est necessaria, Abb. in cit. c. 7. n. 2. & 9. h. t. Idque clarè colligitur ex cit. c. Postulâstis, ubi dicitur, excommunicatum non posse obtentum beneficiū retinere, nisi cum eo fuerit dispensatū, ergo à contrario sensu, si dispensatum fuerit, poterit retinere, absque alia collatione, alioquin dispensatio esset superflua, Suar. cit. dis. 13. sec. 1. n. 34. Porro cum in textu non exprimitur, à quo fieri debeat dispensatio, videtur relicta potestas Episcopis, juxta c. Nuper. 29. de sent. excomm. Gl. hic V. Dispensatum. & Abb. n. 8. qui n. 9. addit, quod à quocunque facta sit absolutio ab excommunicatione, sive à Papa, quia erat ei reservata, sive ab alio: nihilominus tamen post absolutionem excommunicati, potest proprius Episcopus dispensare cum eo, ut retinere possit beneficium in excom-

municatione obtentum, dummodo non sit Episcopus, qui scienter beneficium communicato, quia cum ipse peccaverit in eo non est dignus, cui concedatur hæc potestas, ut in simili tradit Gl. fin. de Episcopis co in c. Præsentium. 3. caus. 1. q. 5. Verum sec. 1. n. 36. censet, Episcopum, vel alium rem, non esse ipso jure privatum potestatem di beneficium, etiam si scienter communicato, cum nullo jure hujusmodi potestas posita: neque etiam ipso jure est privatus potestate iterum conferendi illud beneficium in cit. c. Postulâstis. §. Illi vero, dicitur, debent collatione beneficiorum suspendi: ergo Superioris sententiam suspensionis collatione beneficia conferre, & quod prius multo commissa bene conferre, adeoque & dispensatio positio etiam probabilis est.

XXVII. Addit Abb. cit. l. n. 9. quæ collatio beneficij spectet ad Prælatum Episcopum, postquam tamen Episcopus, qui in excommunicatione obtinuit beneficium, post absolutionem, cum eo dispensavit, non recipit collatio: & sic potest Episcopus dispensationem beneficium, quod conferre non potest: sed auctoritatem suam interponere in permutacione beneficiorum ad alios spectantium, ut notat Quæstion. 5. de rerum permut. & in Clementina. Sed neque hoc, absolute loquendo, verum ut notat Covarr. cit. §. 7. n. 3. Suar. cit. fin. quia si Episcopus prius non habuit facultatem conferendi beneficium, non acquisivit illam per ritam collationem ab alio factam, neque facta privatus est sua potestate, ergo non debet Episcopus potestatem dispensandi, cum non competat, nisi ei, qui habet potestatem conferendi vel eandem, vel superiorem, si ad eam potestatem devolvatur: nisi tamen accedat contrarium, ad quem spectat collatio beneficij, non posset Episcopus dispensare: licet etiam consensus est necessarius ad permutationem, hæc quæ auctoritate Episcopi fieri debet.

XXVIII. Denique idem Abb. cit. l. n. 10. dicit, si collatio beneficij excommunicato facta sit per Papam, tunc enim fortè inferior non potest dispensare, postquam semel Papa manus imposuit, sicut dicitur de eo, quem ipse ordinavit, quæ potest alius eum, sine ejusdem Pape licentia, ad superiores Ordines promovere, c. Cum in dispensatione de tempor. ordinat. Veruntamen hic casus non contingere, ut Papa conferat beneficium excommunicato, cum in omnibus Literis Papalibus prænotis ad beneficia, apponatur clausula absolutoria quibusvis censuris: Tæque absolutoria quibusvis excommunicationis &c. per quam redintegratio beneficij valida & efficax, non obstat excommunicationis, Covarr. cit. §. 7. n. 10. & alij apud Fagnan. in cit. c. Postulâstis. n. 10. & alij apud Fagnan. in cit. c. Postulâstis. ibi: nisi multo ter dispensatum fuerit, quia quandoque est de de matrim. dis. 10. n. 3. tunc autem censetur de

bita dispensatio, quando bonum publicum exigit, ut fiat dispensatio, ad vitandum grave scandalum, vel aliud damnum: vel si valde utilis sit subditis ad bonum animarum, vel corporis: secus, quando nullum publicum, aut privatum damnum notabile sequitur, etiam si dispensatio non fiat, *Sanch. c. l. n. 6.*

XXIX. Quæritur secundò, an collatio beneficii facta ei, qui prius fuit excommunicatus, sed postea tempore collationis absolutus, valeat? Resp. Affirmative, ut constat ex c. *Proposuit* 8. h. t. Nam cum Episcopus Tusculanus esset Legatus Papæ in partibus Lemovicensibus, quidam Clerici supplicarunt ipsi pro se, & M. Petro, ut eisdem in Ecclesia Lemovicensi, in qua quinque, vel quatuor præbendæ vacarent, in Canonicos facerent recipi. Cardinalis, sive Legatus à latere ingressus Civitatem Lemovicensem, monuit Canonicos, ut illos reciperent in socios ad prædictas præbendas vacantes. Sed cum post petitas, & concessas deliberationis inducias, id facere non curarent, Legatus eosdem Clericos investivit. Postea verò Pœnitentiarius Lemovicensis imperavit Litteras ad quosdam Iudices delegatos, coram quibus petijt institutionem dicti M. Petri cassari, & eum removere ab Ecclesia Lemovicensi, eo quod tempore suæ institutionis erat excommunicatus per Episcopum Lemovicensem, pluribus annis, ante suam investituram, super quo testes ex utraque parte producti fuerunt. Sed Iudices causam instructam remiserunt ad Sedem Apostolicam. Papa Innocentius III. auditis, quæ utraque pars proposuit, acta Iudicij diligenter inspici jussit, & invenit per testes Pœnitentiarj probatum esse, quod Episcopus Lemovicensis prædictum M. Petrum excommunicaverat, pluribus annis, ante investituram ipsius, & alios quosdam Clericos, & etiam Laicos, per testes verò M. Petri probatum fuit, quod idem Episcopus dictum Petrum, & alios, quos excommunicaverat, tribus annis absolverit, antequam dictus Petrus fuerat investitus, & quod insuper eidem Petro communicaverit in Ecclesia, & in mensa. Quia verò Pœnitentiarius M. Petrum, tempore investituræ suæ, à præfato Episcopo excommunicatum fuisse non probavit, sicut se obtulit probaturum, cum ex parte M. Petri fuerit facta fides de absolutione, & communione Episcopi, ideo Papa, quod à prædicto Legato circa M. Petrum factum est, per sententiam definitivam approbavit.

XXX. Hinc colligitur primò, quod semel publice excommunicatus semper præsumitur excommunicatus nisi probetur absolutus, quia qualitas semel posita, quæ solo cursu temporis non tollitur, semper existere præsumitur, nisi probetur sublata, *Abb. hic n. 4.* & ita qui absolutus est ab excommunicatione, ad cautelam petat litteras absolutionis, ut eas probare possit, *Gl. hic v. de absolutione.*

Colligitur secundò, si quis fuit excommunicatus, & postquam ab ea absolutus fuit, ei beneficium conferatur, valet collatio, prout sumitur ex hoc c. quia tempus collationis, seu institutionis inspicitur, utrum tunc fuerit excommunicatus, an non, si ergo tunc non fuit, etsi antè fuerit, tenet institutio, vel collatio, *Gl. hic v. Tempore.*

Tomus V.

Colligitur tertio, si Episcopus communicet cum excommunicato ab ipso, præsumitur quidem esse absolutus, non tamen hujusmodi communicatio sufficit ad id plenè probandum, c. *Cum desideres* 15. de sent. excomm. nec propterea est absolutus, *Gl. hic in not. & Gl. fin.*

XXXI. Quæritur tertio, an collatio beneficii facta excommunicato, qui vi Bullæ cruciatæ, vel Jubilæi, vel Privilegij Apostolici, quo datur Confessarij facultas absolviendi pœnitentes à censuris, est absolutus ab excommunicatione, in foro conscientie, seu pœnitentiæ, sit valida, nec nè? Resp. Sic absolutum non censeri absolutum in foro externo, seu contentioso, ac proinde collatio beneficii facta excommunicato absoluto in foro conscientie tantum, est invalida, ipso jure, quoad effectus, & pœnas fori externi, ut tradit *Covarr. in cit. c. Alma*, §. 11. n. 16. & ex receptissima sententia S. Congregationis Concilij, *Fagn. in cit. c. Postulastis*, n. 14. & seqq. Idque probatur, tum quia beneficium datur propter officium, sed excommunicatus, quamvis absolutus sit in foro conscientie, non habet executionem officij, ergo non potest ei conferri beneficium: tum quia excommunicato, quamvis absolutus sit in foro conscientie, denegatur communio cum fidelibus, & debet segetere in publico tanquam excommunicatum, ergo non potest ei conferri beneficium: tum quia pœnitentiæ, quæ in foro anime imponitur, eo tendit, ut satisfiat DEO, & conscientie: pœna verò, quæ imponitur in foro contentioso, seu judiciali, ut satisfiat Reipubl. læsa, ideoque impositio unius non impeditur per impositionem alterius, quia ad diversos fines, & effectus tendunt, *Abb. in c. De his* 6. n. 3. de accusat. Quare quamvis absolutus in foro pœnitentiæ tantum, possit retinere beneficium ei collatum in excommunicatione, quamdiu per sententiam eo non privatur: non tamen valida est in foro exteriore talis collatio, ac proinde adhuc exclusus est à communione fidelium, celebratione divinorum, participatione Sacramentorum, & ab Ecclesiastica sepultura, quia aliàs plurimum detraheretur auctoritati jurisdictionis Ecclesiasticæ in foro externo, si publicè excommunicatus, & nominatim denunciatus, sed secretè absolutus à Confessario, omnia agere posset, ac si excommunicatus non fuisset, quod cederet in gravem contemptum Iudicis, qui cum excommunicavit; idque procedit, etiam si absolutus sit à Confessario, præmissa satisfactione parti læsæ, *Covarr. c. l. Confirmatur*, quia sicut excommunicatio occulta nihil operatur in iudicio externo, nec impedit executionem beneficii: ita nec absolutio occulta, quæ fit in foro interno, seu pœnitentia, operari debet, ut collatio beneficii sit valida in foro externo, eadem enim est vis solvendi, & ligandi, *Fagnan. in cit. c. Postulastis*, n. 24. h. t.

Excipi debet, nisi in Bulla, aut Litteris Apostolicis expressum sit, absolutionem à Confessario datam in foro conscientie, etiam prodesse in foro externo, sicut quandoque facultas absolviendi, post præstitam satisfactionem, in utroque foro concedi solet, *Covarr. c. l. & Fagn. c. l.*

n. 25. & seqq.

V u

S. V. An,

§. V.

An, & quando excommunicatus, suspensus, vel interdictus Clericus, exercens actum Ordinis sibi prohibiti, fiat irregularis, & qua conditiones requirantur ad hanc irregularitatem incurrendam?

XXXII. ASSERTIO I. Inprimis si excommunicatus, sive ligatus majore excommunicatione, scienter exerceat actum proprium, saltem Ordinis majoris, solemniter, & ex officio, ipso facto, excommunicatus fit irregularis, v. g. si Sacerdos Missam celebret, Diaconus legat, vel canat Evangelium, Subdiaconus Epistolam, Navarr. in man. Prel. c. 27. n. 244. Covarr. in cit. c. Alma, p. 1. §. 6. n. 9. Avila tract. de censur. p. 7. dis. 9. sec. 2. dub. 1. concl. 2. Suar. dis. 11. de censur. sec. 3. n. 1. Idque probatur ex c. Si quis Episcopus 6. & c. seq. caus. 11. q. 3. quos textus allegat Gl. in c. 1. V. Irregularitatem de sent. excomm. in 6. Idem sumitur ex c. ult. h. t. ubi dicitur, quod si celebret minore excommunicatione ligatus, non fit irregularis, quo insinuat, quod excommunicatione majore ligatus, fiat irregularis. Idem est de omnium Sacramentorum administratione, & de omni celebratione divinorum officiorum, Suar. c. l. Ratio est, quia majore excommunicatione ligatus, si sacro Ordine sit praeditus, quoad se, & quoad alios, ipso jure est suspensus, ideo si de facto in Ordine sacro ministret, irregularitatem incurrit.

XXXIII. Secundò, si suspensus exerceat solemniter actum proprium Ordinis majoris, à quo est suspensus, fit irregularis, Navarr. c. l. Bern. Diaz in pract. Can. c. 133. n. 4. Avila c. l. concl. 3. & habetur in c. 1. §. ult. de sent. & re judic. in 6. & in c. 1. §. fin. de sent. excomm. in 6. ubi Gl. V. Irregularitatem, ait, quod hæc irregularitas, quæ in antiquis Canonibus statuta erat de excommunicatis majore excommunicatione, extensa sit ad suspensos in utroque cit. c. Porro suspensus ministrans in Ordinibus Sacris, à quibus est suspensus, fit irregularis, si fit suspensus propter delictum, quia talis suspensio est vera censura: non item si fit suspensus propter defectum, v. g. quia illegitimus est, vel aliud vitium corporis habet, talis enim etsi ministret in Ordinibus susceptis, non fit irregularis, Covarr. in Clement. Si furiosus de homicid. p. 1. §. 1. n. 3. Avila cit. sec. 2. dub. §. concl. 1. Si verò quis suspensus sit propter delictum, & ministret in Sacris, fit irregularis, sive suspensus sit ab homine, seu per sententiam Judicis, sive à Canone, Diaz in pract. c. 26. n. 3. Avila c. l. concl. 2.

XXXIV. Tertio si personaliter interdictus exerceat actum sacri Ordinis, à quo est interdictus, sive prohibitus, fit irregularis, Navarr. c. l. Avila cit. sec. 2. dub. 1. concl. 4. idque probatur ex c. Is cui 10. de sent. excomm. in 6. ubi id dicitur de eo, cui ingressus Ecclesiæ est interdictus.

Ubi notandum primò, suspensum, vel interdictum esse irregularem, si exerceat actum Ordinis, à quo est suspensus, vel interdictus, quia quis sus-

pensus esse potest, vel interdictus ab uno, non ab alio: aliud est de excommunicatione, communicatio major privatur usu, & exercitio Ordinis, Avila c. l. §. Præterea notandum est.

Notandum secundò, non solum interdicti, suspensi, vel interdicti, non tolerati, sed etiam tolerati, & non denegantes, ceant actum proprium Ordinis sacri, quæ exercecere non possunt, sunt irregulares, solum Constantiensis per Constitutionem de non intendit ullum favorem, vel commutationem re ipsis excommunicatis, suspensis, vel interdictis, Avila c. l. §. Deinde notandum est.

XXXV. ASSERTIO 2. Ut excommunicatus, suspensus, vel interdictus incurrit irregularitatem propter exercitium Ordinis ipsi prohibitis conditiones requiruntur, ut excommunicatus, cit. sec. 2. dub. 2. Prima est, quod exerceat actum proprium Ordinis sacri, sive majoris, à quo per censuram est suspensus, vel prohibitus, exerceat actum non competentem alicui Ordini clericali, quem exercere possunt, vel debent, Laici non habentes ullum Ordinem, non habent, Avila c. l. Secunda conditio requiritur, quod irregularitatem, ex eo quod censuram ex prædictis sit ligatus, est, quod exerceat actum Ordinis majoris proprium, solemniter, cum solemnitate, quæ secundum usum, omnem Ecclesiæ, non potest talis actus exerceant habentibus talem Ordinem, Navarr. c. l.

XXXVI. Ubi præterea notandum præterea sunt actus, qui etsi regulariter, & secundum consuetudinem Ecclesiæ, non possunt, vel non debent exerceri, nisi ab illis, qui sunt prædicti, tamen secundum substantiam possunt etiam Laici; & tum si Clerici excommunicati, vel interdicti exerceant talem actum sine solemnitate, non sunt irregulares, Ut si Diaconus canat Evangelium ad Altare, cum Dalmatica, Stola, vel Subdiaconus sine Dalmatica, vel Dalmatica, sed sine manipulo. Ratio est, quia proprium ornamentum Subdiaconi est manipulus, Diaconi Stola, ergo quando Evangelium legit, vel Epistolam Subdiaconus legit, vel canit, non debet apparatu, non censetur talem actum exercere officio, ut Diaconus, vel Subdiaconus, sed solum ut quilibet alius Cantor etiam non ordinatus, non debet censeri irregularis, Navarr. c. l. 2. dub. 2. §. Ex secunda conditione. Silvest. V. Irregularitas, disto 1. & 4. Item si Sacerdos cesset baptismum alicui conferre privatim, & solemnitate, non fit irregularis, quia etiam laici sacramentum hoc administrare possunt, & cessitate, Silvest. V. Irregularitas, q. 13. disto 1. verò sunt actus ita proprii Ordini, ut nec ipsi substantiam fieri possint à non ordinatis, & actus si exerceantur, etiam sine solemnitate, & excommunicato, vel alià censurâ ligato, incurrit irregularitatem, quia talis actus, etiam exerceatur solemnitate, est proprius Ordinis sacri, & ab eo illum censurâ ligatus exercet, fit irregularis, v. g. Sacerdos censurâ ligatus, extra Missam, v. g. Sacerdos censurâ ligatus, extra Missam, omni solemnitate, Eucharistiam consecrat, & penset, seu distribuat illam communicantibus.

libus, fit irregularis: vel si sacramentaliter absolvat à peccatis, quamvis occultè, & secretè, quia tales sunt actus proprii Ordinis Sacerdotalis, qui nunquam fieri debent sine solemnitate consueta, *Avila cit. sec. 2. dub. 2. §. Sed est maxime. Suar. dis. 11. de censur. sec. 3. n. 12. & 14.*

Notandum secundò. Non fit irregularis, si censurà irretitus aliquem eligat, vel præsentet ad beneficium, vel electum confirmet, aut instituat præsentatum, quia hi actus etiam ab ijs, qui nullos Ordines habent, exerceri possunt. Imò universim non fit irregularis is, qui censurà ligatus exercet jurisdictionem spiritualement fori externi, excommunicando aliquem, vel suspendendo, vel interdicens, vel absolvendo à censuris, etiam si talis sit suspensus à jurisdictione; nam usus, seu exercitium talis jurisdictionis, etiam spiritualis, non est actus proprius Ordinis, *Avila cit. dub. 2. §. Primò si canat: Item Patarchus assistens matrimonio censurà ligatus, non fit irregularis, quia actus iste non est proprius Ordinis, & præsentia illius requiritur tanquam testis: neque qui sepelit aliquem in loco sacro, est irregularis, *Avila cit. l. 1. Neque qui prædicat, seu concionatur, quia non exercet actum Ordinis, *Avila cit. l. 1. §. Ex dictis sequitur, unde etiam excommunicatus non prohibetur interesse concionis, c. Respons. 43. de sent. excomm. Ex dictis colligi potest, quinam præterea in particulari obactus in illa exercitio irregularitatem incurrant, de quo videri possunt Auctores citi.***

§. VI.

An si Clericus censurà ligatus exerceat actus Minorum Ordinum, irregularitatem incurrat, & quando sive quibus casibus talis Clericus irregularis non fiat, etiam si actum Ordinis proprium exerceat?

XXXVII. Ad priorem quæstionem respondent affirmativè communiter Canonistæ, *Hosienf. in c. Si quis Presbyter. 2. §. Sed quicquid. h. t. Jo. Andr. ibid. n. 2. in fine, & Abb. n. 4. Silvest. V. Irregularitas. q. 13. dicto 1. Navarr. in man. c. 27. n. 163. & novissimè Fagnanus in cit. c. 2. n. 7. nempe etiam Clericos Minorum Ordinum censurà irretitos, ministrando in aliquo ex iisdem Ordinibus, incurere irregularitatem. Idque probatur primò ex Rubrica huius Tituli, qui non inscribitur de Presbytero, vel Diacono &c. sed de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante: & in cit. c. 2. h. t. generaliter dicitur: Si quis Presbyter, vel alius Clericus &c. nomine autem Clericorum veniunt etiam Clerici Minorum Ordinum, c. 1. dis. 21. & jus generaliter, & indistinctè loquens, generaliter etiam, & indistinctè est intelligendum, nisi per aliud jus distinguatur, & declaratur, c. Quia circa, 22. de privil. Qui ergo dicit constitutum in Minoribus Ordinibus non contrahere irregularitatem, si in aliquo ex illis ministrat, debet jus ostendere, quod ipsos expressè eximat, quod nunquam reperitur, *Hosienf. cit. l. 1. Et quamvis in cit. c. Si quis. h. t. non fiat expressè**

sa mentio irregularitatis, tamen jam sufficienter declaratum est, penam, quæ in illo, & in alijs textibus insinuat, esse irregularitatem, *Suar. dis. 12. de censur. sec. 2. num. 8.* Secundò non tantum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, sed etiam reliqui gradus, sive Clerici inferiores, à Synodo depositi prohibentur ministrare, nisi in reparatione sua recipiant ea, quæ in ordinatione perceperant, c. Episcopus. 65. in fine caus. 11. q. 3. ubi Gl. V. Reliqui. notat, æquè aliquem deponi à Minoribus Ordinibus, sicut à Majoribus: si ergo deponi potest, cur non etiam, si depositus, vel censurà ligatus in Ordine aliquo ministrat, irregularitatem incurrit?

XXXVIII. Altera sententia negat constitutos in Minoribus Ordinibus, etiam si censurà ligati ministrent in aliquo Ordine ex Minoribus, fieri irregulares, quam tenent *Navarr. cit. c. 27. n. 244. Silvest. V. Irregularitas. q. 27. Avila p. 2. dis. 9. dub. 3. & communiter recentiores Theologi.* Idque probatur primò, quia Canones, qui in contrarium allegantur, quoad irregularitatem, videntur restringendi ad constitutos in sacris Ordinibus, cum nullum jus expressè dicat, Clericum inferioris gradus excommunicatum, vel suspensum, vel interdictum, in Ordine suo ministrantem incurere irregularitatem, hæc autem non incurritur, nisi in casibus jure expressis. Secundò Acolythi, & alij inferiores Clerici quasi laici censentur, ut notatur in c. 1. & 2. de Cleric. conjug. neque in illorum degradatione adhibetur illa solemnitas, quæ in degradatione eorum, qui constituti sunt in Sacris, c. Felix. 4. & c. seq. caus. 15. q. 7. ideòque si Ecclesiasticam censuram violent, non sunt ipso facto irregulares, sicut qui Sacris, sive Majoribus sunt initiati. Tertiò, quia actus Minorum Ordinum, nec secundum substantiam sunt proprii, sive specialiter deputati, & competentes eis, qui sunt initiati Minoribus Ordinibus, cum etiam exerceri possint à puris laicis: nec secundum solemnitatem, quia ex generali consuetudine recepta, ministeria Ordinum Minorum promiscuè exercentur, tam à Clericis, quàm à laicis: ergo tales, vel nullam incurunt irregularitatem, vel si aliquam contrahunt, Episcopus in ea dispensare poterit, *Arg. c. Ad audientiam. 12. de homicid.*

Verum quod ad consuetudinem attinet, secundum quam functiones Minorum Ordinum promiscuè exercentur à Clericis, & à laicis, ea abusus est, & corruptela reprobata à Concilio Tridentino *Sess. 23. c. 17. de reform.* ubi decernitur, ut huiusmodi functiones sacrorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum, aliquamdiu in Ecclesia intermissæ in usum revocentur, & talia ministeria non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exercentur, ut notavit etiam *Fagnanus in cit. c. 2. num. 18. h. t.* Imò juxta declarat. *Cardin. Concil. apud Jo. Gallem. ibid. n. 2.* ne quidem per Fratres laicos, qui talibus Ordinibus non sunt insigniti, exerceri debent.

XXXIX. Itaque in hac re dicendum est, si Clerici Minores excommunicati, suspensi, vel interdicti solemniter, & ex proprio officio, tanquam Ministri ad id deputati, Ecclesiastica sua Ministeria peragant, sunt irregulares: quamvis secundum Ecclesiæ usum præsentem, ubi Concilium Tridentinum, quoad hoc, non est receptum, raro incurritur hæc

irregularitas, quia vix aliquid, aut aliquo modo Clerici in Minoribus constituti faciunt, quoad hæc Ministeria, quod laici non consueverint facere. Possunt tamen contingere casus, in quibus hæc irregularitas contrahatur, ut si v. g. alicubi Acolythi munus non exerceant in Missa solemni, nisi in peculiaribus sacris vestibus ad hoc munus deputatis, & non nisi ij, qui talem Ordinem susceperunt: vel si Exorcista excommunicatus, vel aliâ censurâ ligatus, veste sacrâ indutus, exorcismos Ecclesiæ super energumeno recitaret, tum enim uteretur potestate sibi in Ordine datâ, adeoque fieret irregularis, & sic de alijs, *Suar. cit. dis. 12. sec. 2. n. 9. & 10.*

XL. Ad posteriorem quæstionem supra propositam responderetur, Clericus excommunicatus, suspensus, vel interdictus non incurrit irregularitatem, etiamsi actum proprium Ordinis exerceat, in primis si ex probabili, seu inculpabili ignorantia id fecerit, ut si quis invincibiliter ignoret, se esse excommunicatum, suspensum, vel interdictum, vel quod Jus prohibeat exercitium Ordinum susceptorum Clerico irreverito aliquâ censurâ: secus est, si culpabiliter & vincibiliter id ignoret, *Lopez in præf. Canon. apud Diaz. c. 33. in addit. §. Excusabitur, Avila cit. p. 7. dis. 9. sec. 2. dub. 1. §. Hinc sequitur, Suar. dis. 11. de cens. sec. 3. n. 5.* Ratio est, quia hæc irregularitas imponitur in pœnam, ut patet ex c. Si quis. 6. ibi: *Ausi fuerint. & c. Si quis. 7. ibi: Præsumserit, caus. 11. q. 3. & c. Latores 4. ibi: Si deliquisse confiterit, h. r. & c. 1. ibi: Si damnabiliter se ingesserit divinis, de sent. & re judic. in 6. pœna autem non incurritur, nisi ob commissam culpam: ergo etiam requiritur culpa ad hujusmodi irregularitatem incurrendam, *Suar. cit. l.**

XLI. Idque probatur ex c. Apostolica. 9. h. r. Nam duo Canonici Ecclesiæ Pragensis, pro ejusdem Ecclesiæ ordinatione, accesserunt ad Sedem Apostolicam, quibus, ut repellerentur, objectum fuit, quod erant suspensi: sed illi probare volebant, sententias illas nullas esse, & eis ignorantibus latas fuisse. Itaque Papa Gregorius IX. sententias illas ad cautelam relaxavit, ne Ordinatio Ecclesiæ differreretur (ut patet ex c. Apostolica. 9. *supr. de exceptionib.* cujus hoc cap. pars est, cum quo continuatur) sed quia tempore suspensionis celebrârunt divina, eos probabilis ignorantia redit excusatos. Si verò fortè ignorantia crassa, & supina, aut erronea fuerit, propter quod dispensatione indigent, Papa cum eis ex benignitate Apostolica dispensat.

Hinc colligitur primò, quod probabilis ignorantia tantum excusat à peccato, & consequenter etiam ab irregularitate, quæ est pœna peccati: non autem crassa, & supina, quando quis facile potuit scire, & non curavit, sive nullam diligentiam adhibuit, ut inquireret: talis enim ignorantia æquiparetur scientiæ, etiam in pœnis: licet aliàs lata culpa in delictis non æquiparetur dolo, nisi sit latissima, sive crassa, & supina, *Gl. hic V. Probabilis, & Abb. n. 3.*

Colligitur secundò. Excommunicatio non trahit secum executionem, quoad pœnam, si illa probabiliter ignoretur, quia nulla sententia ligat efficaciter, nisi postquam scitur esse lata, vel nisi per crassam, & supinam negligentiam ignoretur, *Gl. hic V. Probabilis. in fine, Abb. n. 2.*

Colligitur tertio. In irregularitate nullus potest dispensare, nisi solus Papa, hoc c. in fine, junctâ Gl. fin. hic.

XLII. Secundò, si excommunicatus, vel interdictus exerceat actum proprium sibi prohibiti, ob vitandum grave scandalum infamiam, quæ aliàs oriretur ex manifestis delictis, non fit irregularis, *Avila cit. dis. 11. §. Hinc sequitur.* quia leges positive non obligant cum tam gravi incommodo. Similiter interdictus, suspensus, vel interdictus Sacerdos non toleratus, seu vitandus, constitutus in articulo, deficiente copiâ alterius Confessionis mentaliter absolvat à peccatis, non interdictum, *Avila cit. l. Lopez cit. c. 33. in addit. excusabitur etiam, quia in articulo mortis quodlibet quodlibet penitentes à quibusvis pœnis censuris potest absolvere, juxta Concilium Sess. 14. c. 7.* Et universim loquendo, quodlibet venit quædam causa sufficienter excusans a mortali, potest actus Ordinis proprii etiam ab excommunicato, suspensio, vel interdictus absque nota irregularitatis, quæ gravem et violantem censuram supponit, cum sit vitanda pœna, *Suar. cit. sec. 3. n. 5.*

XLIII. Tertiò non est censendus, si quis excommunicatus, suspensus vel interdictus post interpositam appellationem à sententia contra se lata, etiam illegitimam, quæ putat esse validam, ante abolitionem non exerceat actum proprium Ordinis, à quo exclusus, vel interdictus, vel etiam alium, intercommunicatus, quia major excommunicatio potest removeri ab omni usu, & actus canonici: etiamsi postea pronuntiatam fuerit appellationem legitimam non fuisse, *Lopez cit. §. Nec etiam Clericus, Avila cit. l. dub. 1. h. r. notandum.* Si tamen talis sciret, vel sciret deberet, appellationem suam non esse interdictum, appellationem suam non esse interdictum, *DEO, Lopez cit. l. & alij communiter.*

XLIV. Quartò, is qui est excommunicatus, suspensus, vel interdictus, per sententiam quæ est nulla, etsi celebret, vel exerceat actum proprium, non fit irregularis, non enim debet sustinere Canonicam, in cujus damnationem est Canonica prolata sententia, c. Non debet. l. ibi: *Gl. V. Pœnam, caus. 11. q. 3. nec debet appellari, quæ nulla est, l. Si se. 4. §. Canonum ff. de re judic. sicut enim caret juris effectibus, & auctoritate, & nomine rei judicate, caus. 1. Clem. 2. §. Ut igitur, de sent. & re judic. Lopez cit. addit. §. Est etiam, Avila cit. sec. 2. dub. 1. in fine.*

Porro in hac irregularitate, quæ incurritur propter violationem censurarum, exerceat actum proprium Ordinis, solus Papa dispensare potest, *de sent. & re judic. in 6. & c. 1. de sent. excomm. Abb. varr. cit. c. 27. n. 245.* At verò post Concilium Tridentinum Sess. 24. c. 6. de reform. potest etiam Episcopus dispensare in omnibus irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, propter homicidium.

§. VII.

An etiam excommunicatus minore excommunicatione fiat irregularis, celebrando Missam, vel alios actus Ordinis exercendo, & an eligere possit, vel eligi ad beneficia Ecclesiastica?

XLV. De hoc agitur in c. Si celebrat 10. c. ult. in princ. h. t. ubi Papa Gregorius IX. ita rescribit: Si ligatus minore excommunicatione celebrat, licet graviter peccet, nullius tamen irregularitatis notam incurrit, nec eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione jurisdictionis sibi competunt, exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda, eò quod ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione per SS. Patres est privatus. Incurrit autem hanc excommunicationem minorem, qui scienter communicat cum excommunicato (majore excommunicatione) in locutione, & alijs prohibitis, juxta c. Excommunicatos 17. c. 6. seq. caus. 11. q. 3. c. Nuper 29. de sent. excomm. c. Statuimus 3. eod. in 6. de quibus infra Tit. 39. & dicitur minor excommunicatio, quæ à fraterna societate separatur, c. ult. caus. 3. q. 4. id est, à communione, seu perceptione Sacramentorum, ut explicat Gl. ibid. in casu.

XLVI. Porro in c. ult. in princ. tria dicuntur. Primò, quod minore excommunicatione obstrictus, si celebret Missam (idè quæ est, si alios actus Ordinis exerceat) non fiat irregularis. Ratio est, tum quia talis irregularitas non est jure expressa: tum quia hanc irregularitatem etiam majore excommunicatione irritati non contrahunt, nisi faciant actum Ordinis, à cujus exercitio per censuram sunt prohibiti, seu suspensi, ut colligitur ex c. Si quis Episcopus 7. caus. 11. q. 3. c. 1. de sent. & re judic. in 6. c. 13. cui 20. ibi: In officio suo agens, de sent. excomm. in 6. & patet ex suprà dictis: at minore excommunicatione ligatus non prohibetur exercere actus Ordinis, sicut nec administrare alia Sacramenta, sed solum ea suscipere, c. 2. de except. c. pen. de sent. excomm. perceptio autem Sacramentorum non pertinet ad aliquem actum Ordinis, ergo etsi talis excommunicatus celebret Missam, non incurrit irregularitatem. Nec obstat, quod celebrando graviter peccet, ut dicitur in c. ult. quia non peccat, propter administrationem, seu exercitium Ordinis, quod ei prohibitum non est, adeoque neque propter celebrationem præcisè, sed propter solam susceptionem Sacramenti, quod celebrando percipit, quæ participatio passiva, sive perceptio Sacramenti Eucharistiæ, ei non competit ratione Ordinis sui, cum commune sit etiam Laicis: constat autem ex suprà dictis, hanc irregularitatem non incurri, nisi fiat aliquis actus competens Clerico, ratione sui Ordinis, à cujus exercitio est prohibitus, non item solum à Laicis fieri possit. Aliud est, in ligato excommunicatione majore, qui si celebret, fit irregularis, quia est suspensus ab exercitio, sive collatione activa omnium Ordinum, & non tantum à parti-

cipatione passiva, sive perceptione Ordinum, & aliorum Sacramentorum, Abb. hic n. 2. c. ibid. Barb. n. 4. Covarr. in c. Alma, p. 1. §. 8. n. 1. Lopez in cit. c. 33. in addit. lit. D. Suar. dis. 24. de censur. sec. 2. n. 3. Deinde etsi excommunicatione minore ligatus graviter peccet, ut dicitur in cit. c. ult. si celebrat, vel si etiam alia Sacramenta suscipiat, quia quælibet receptio est materia gravis, sacra, & prohibita, Suar. cit. sec. 2. n. 2. nulla tamen certa pœna ipso jure imposita est, propter hanc culpam, sed ad arbitrium Judicis, vel Superioris est puniendus, Gl. in cit. c. ult. V. Peccet, h. t. Suar. c. l. n. 3.

Secundò dicitur in eod. c. ult. h. t. quod ligatus minore excommunicatione non prohibetur eligere ad beneficia Ecclesiastica, nec exercere ea, quæ ratione jurisdictionis ipsi competunt, quia jurisdictio non pertinet ad participationem passivam, seu perceptionem Sacramentorum, quæ solà privat minor excommunicatio, cit. c. ult. de except. Abb. in cit. c. ult. n. 2. not. 2. h. t. Unde hujusmodi excommunicatus Missam audire, & alia divina participare potest, quæ non sunt Sacramenta, & in omnibus alijs actibus, seu negotijs, sive sacris, sive civilibus, & profanis, in judicio, vel extra illud, cum alijs communicare potest, quia tantum à Sacramentorum participatione est remotus, cit. c. 2. de except. adeoque alia omnia sunt ipsi licita, quia non prohibita, Suar. cit. sec. 2. n. 4. ubi etiam addit, quod non sit privatus communibus suffragijs Ecclesiæ, quia non est ab illa præcisus.

Tertiò dicitur in eod. c. ult. h. t. quod minore excommunicatione ligatus non potest scienter eligi ad beneficia Ecclesiastica, ubi etiam ratio redditur, quia ad eorum susceptionem talis eligitur, à quorum perceptione est privatus, hoc est, quia beneficium Ecclesiasticum ordinatur ad sacros Ordines suscipiendos, à quibus tamen minore excommunicatione ligatus repellitur, sive quos recipere non potest. Laym. l. 1. Theol. mor. tr. 5. p. 2. c. 3. n. 5. quæ ratio solum habet locum in electione ad Ordines, & beneficia Ecclesiastica, idè quæ si quis sic excommunicatus eligatur ad temporalem dignitatem, vel officium, electio valida erit, nec propterea irritanda, Suar. cit. sec. 2. n. 14. sicut autem minore excommunicatione obstrictus non potest eligi licitè ad dignitates, seu beneficia Ecclesiastica: ita nec præsentari, neque ea illi conferri possunt, ob rationem allatam, Laym. c. l. Restant nunc aliquot quæstiones dubiæ, quæ ex decisione hujus c. oriuntur, hoc loco expediendæ.

XLVII. Quæritur primò, utrum electio excommunicatione minore ligati ad beneficium Ecclesiasticum, sit ipso jure nulla, an verò annullanda per Judicem? Resp. Probabilius est, quod talis electio ad beneficium Ecclesiasticum, etiam scienter facta, non sit ipso jure nulla, sed irritanda, per sententiam Judicis, prout expressè habetur in cit. c. ult. h. t. ubi dicitur: Si tamen talis scienter electus fuerit, ejus electio est irritanda: quod autem irritandum dicitur, supponitur non esse ipso jure irritatum, quamvis non sit firmiter validum, quia propter aliquem defectum, per sententiam irritari potest, ac debet, Tolet. in Summa casuum, l. 1. c. 17. n. 4. Avila p. 2. de censur. c. 6. dis. 12. dub. 4. concl. 2. Less. l. 2. c. 34. n. 106. Suar. dis. 24. de cens. sec. 2. n. 2. ubi addit, idem dicendum esse, de quacunque electione beneficij, quia

U u 3

ratio

ratio textus æquè locum habet, Contrarium tamen quòd talis electio sit ipso jure irrita, tenet *Gl. in cit. c. ult. V. Privatus, h. t. Hostiens. ibid. V. Irritanda, & Abb. n. 3. Covarr. in cit. c. Alma, p. 1. §. 8. n. 3. Garc. p. 7. de benef. c. 13. n. 27.* qui verbum irritanda exponunt, id est, irrita denuncianda, seu declaranda, juxta subjectam materiam, & rationem. Verùm hæc expositio hic non habet locum, quia cum materia hæc sit odiosa, & pœnalis, restringenda est, quoad rigorem, quia in pœnis benignior interpretatio est facienda, *reg. in pœnis 49. in 6.* neque ullo verbo indicatur in *cit. c. ult.* quòd excommunicationis minoris vinculo ligatus reddatur omnino inhabilis ad electionem, sed solum prohibetur, ne eligatur, sicut ne Sacramenta percipiat. Unde quando in *c. Postulastis 7. h. t.* & in alijs iuribus dicitur, excommunicatis non posse beneficia Ecclesiastica conferri, neque eos posse illa licitè retinere, sermo est de excommunicatione majore, vel de excommunicatione simpliciter, per quam absolute posita intelligitur major; cum enim illa majorem vim habeat, ideo meritis statutum est, ut electio ligati majore excommunicatione sit nulla ipso jure; ligati verò minore irritanda, *Suar. c. l. n. 19. & 20.* Neque etiam obstat ratio expressa in *textu cit. c. ult.* quòd talis excommunicatus privatus sit Sacramentorum perceptione: quia electus ad beneficia non directè, & principaliter eligitur ad Sacramenta suscipienda, quibus est privatus, sed potius ad ea conferenda, & ministranda alijs: ideoque licet aliquando contingat, quòd necessarium sit ea suscipere, ut alijs illa administret; id tamen est merè per accidens, & minus principale, adeoque attendi non debet: neque sufficit ad hoc, ut electio propterea ipso jure debeat esse irrita, *Arg. l. 1. ibi: Prima enim ratio, ff. de auctor. tut. Barb. in Collect. in cit. c. ult. n. 3. h. t.*

XLVIII. Porro et si *Gl. hic V. Scierit*, in fine dicat, quòd qui scierit eligunt ligatum minore excommunicatione, pro ea vice, sint privati, ipso facto, jure eligendi, juxta *c. Cum incunctis, §. Clerici, & c. Scriptum 40. in fine de elect.* ubi qui indignum eligunt, privantur, pro ea vice, jure eligendi, quia inhabilem, & indignum eligunt, ideoque pœnas juris incurrunt, ut dictum supra *l. 1. tit. 6. sec. 2. §. 5. n. 103.* Aliud tamen est de eligentibus ligatum minore excommunicatione, quia licet scierit eligentes talem excommunicatum graviter peccent, quia agunt contra prohibitionem juris in materia gravi, sicut & ipse electus recipiendo beneficium, *Avila c. l. dub. 4. concl. 1.* non tamen incurrunt pœnam impositam eligentibus indignum in Canonibus *citt.* quæ non est extendenda ultra casus ibi expressos: neque est eadem ratio in eligente indignum, quæ in eligente ligatum excommunicatione minore, quia hic non peccat contra justitiam, sicut ille, & defectus est levior, *Abb. in cit. c. ult. n. 8. Suar. cit. sec. 2. n. 22.*

Sed contrà ob stare videtur, quomodo verum sit, quòd minor excommunicatio tantum privet passivâ receptione, seu participatione Sacramentorum, siquidem etiam privat electione passivâ ad beneficium, ut talis excommunicatione eligi non possit. Sed respondetur, privare electione passivâ, non directè, & immediate, sed solum indirectè, & mediâtè, seu concomitantè, quia qui privatus est passivâ receptione

Sacramentorum, consequenter, & indirectè, privatus munere, seu officio, quod ad illam pertinet, & sic particula tantum non excludit nem passivæ electionis, quæ est quidam passivâ susceptionem Sacramentorum, seu

XLIX. Quæritur secundò, an si excommunicatus nore excommunicatione ad beneficium eligatur, cum, non scierit, sed ignoranter eligatur, electores ignoraverint ipsum esse sic excommunicatum, siue etiam ipse electus ignoraverit excommunicationem, electio debeat irrita communiter Canonistæ, *Abb. in cit. c. ult. Covarr. cit. §. 8. n. 3.* quos sequitur *Suar. cit. n. 18.* Ratio est, quia electio sic excommunicati à jure reprobatà, ob culpam eligentium, siue ignorantiam ipsius electi, quem habilem potest sola ignorantia.

Sed contraria sententia est probabilior, tenet *Silvest. V. Excommunicatio 4. n. 4. & 12. dub. 4. concl. 4. Tolet. c. l. n. 4. Leym. n. 5. Barb. in Collect. in cit. c. ult. n. 3. & contraria sententia.* Idque probatur ex *cit. c. ult.* scierit, quod ita explicari debet, ut non intelligatur, sed aliquid operetur: nihil autem operetur, quòd electio talis excommunicati irritanda, etiam si ignoranter facta sit, quia erit irritanda, siue scierit, siue ignoraverit, adeoque vocula scierit frustra esset addita.

Porro verba illa *cit. c. ult. Si tamen electus fuerit*, referenda sunt ad ipsum electum, si talis excommunicatus, scierit excommunicatione ligatum esse, electio irritanda est, siue id sciverint electores, siue non, *Laym. c. l. Ad fundamentum verbum sententia respondetur, quòd electio excommunicati minore excommunicatione non debet irritari culpam eligentium, neque etiam ob inhabilitatem electi, quia is censurâ minoris excommunicationis est irritatus, ideoque inhabilis ut eligatur, quin sequeretur, quòd ipsius electio ipso jure irrita, sit irrita, quòd tamen communiter negant DD. contrariæ sententia: sed quia ex *l. 1. tit. 6. SS. Canonum* talis electio irritanda est, si electi, si hujusmodi electionem scierint, si nore excommunicatione acceptavit, *Laym. cit. vis postea mutasse videatur hanc sententiam Canonici de Prelat. Elect. q. 8.**

L. Ubi præterea notandum est, si electus nullus sit, propter impedimentum juris, vel ipsius inhabilitatem, tunc certum est, quòd electio ipsius ab ignorante non sit validus, neque proficit ad valorem actus, quia ignorans non habilem facere eum, qui ex impedimento ipso jure est inhabilis: sic enim collatio beneficii à excommunicato majore excommunicatione nulla, etiam si ipse probabiliter, aut ignoranter se esse excommunicatum, ut docet *l. 1. cit. c. Alma, p. 1. §. 7. n. 3.* & alij DD. communiter, *pud Garc. cit. c. 13. n. 9.* & dictum supra, si electio per legem sit imposita pœna ipsi, qui scierint, quid faciunt, ut in *cit. c. ult. h. t.* quòd electio irrita communicati minore excommunicatione sit irrita, ea pœna non debet extendi, saltem ad probabilem aut invincibiliter ignorantes se esse ligatos.

excommunicatione, quæ non facit, ipso jure, aliquem incapacem electionis passivæ, sive ut eligi non possit ad beneficia, sed solum ut rescindi possit, ac debeat ejus electio: quin imò secundum plures DD. non debet talis pœna extendi etiam ad culpabiles, & crasse ignorantes, teste *Barbosi in cit. c. ult. n. 3. h. i.*

LL. Quæritur tertio. An etiam electio ejus, qui minore excommunicatione ligatus est, ad beneficia Ecclesiastica simplicia sit irritanda? Affirmat *Gl. margin. V. Privatus. lit. b. in cit. c. ult. h. i. Hostiens. ibid. V. Ad suspensionem. Suar. cit. sec. 2. n. 25. & alij communiter. Ratio est; quia ibi id generaliter deciditur de electione excommunicati minore excommunicatione, ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum, quantumvis simplex sit, & per se, ac proxime non obliget ad celebrationem Missæ, vel ad suspensionem sacri Ordinis; nam facis est, quod ex intentione Ecclesiæ omnia beneficia, etiam simplicia, ad hunc finem ordinantur, ut Beneficiarius Missam celebraret, & Sacramenta suscipiat: & sic omnis ille, qui eligitur ad beneficium Ecclesiasticum, etiam simplex, eligitur ad prædictum finem: ac proinde ratio textus etiam convenit cuilibet beneficio Ecclesiastico: & cum dispositio legis sit generalis, ac indefinita, etiam generaliter de omnibus beneficiis intelligenda erit.*

Contrarius tamen probabiliter tenet *Barb. in cit. ult. n. 3. §. Ultrum autem, h. i. ex contrario fundamento, quia ratio textus non convenit beneficiis simplicibus, quippe quæ ex sua primæva institutione, non ordinantur ad suscipienda Sacramenta, neque ad ea conferenda, vel administranda, sed solum ad Horas Canonicas, & laudes DEO cantandas, aut recitandas, vel ad aliud officium eis annexum, ideòque beneficia simplicia dicuntur, *Rebuff. in praxi beneficii. Seculare beneficium quatuorplex. n. 120. neque per se requirunt, ut quis ad Sacerdotium promoveatur, Arg. c. ult. de præbend. ac proinde generalis decisio hujus c. ult. per ejus rationem. eò quod ad eorum suspensionem excommunicatus minore excommunicatione eligatur, à quorum perceptione est privatus; quippe quæ non congruit beneficiis simplicibus, debet restringi, ut solum habeat locum in ijs beneficiis, quæ ad celebrationem Missæ, & consequenter etiam ad suspensionem Sacramentorum, ex sua institutione, ordinantur, juxta regulam traditam in l. Cùm pater. 77. §. Dultissimis. ff. de legat. 2. ubi Bartolus in Summa ait, dictum legis restringitur per rationem: præsertim cum hæc versetur in materia pœnali, & odiosa, nempe de irritanda electione, & consequenter restringenda est.**

§. VIII.

An, & quomodo peccet ligatus minore excommunicatione, conferendo, vel administrando Sacramenta?

LII. De hoc agitur in cit. c. ult. §. Peccat autem, h. i. ubi dicitur: peccat autem (scilicet talis excommunicatus) conferendo Ecclesiastica Sacramenta, sed ab eo collata virtutis (id est, gratiæ, *Hostiens. hic*) non carent effectu, cum non videatur à collatione, sed participatione Sacramento-

rum, quæ in perceptione consistit, remotus, Ubi » verbum videatur non significat dubitationem, sed absolutam assertionem, & sententiam, ac si diceret, cum non sit remotus, alioquin ratio adjuncta non congrueret assertioni, ut notat *Suar. cit. dif. 24. sec. 2. n. 6. Ratio autem, cur Sacramenta ab excommunicato excommunicatione minore collata effectum habeant, est, quia Sacramenta etiam à criminoso collata, & recepta valent, dummodo ab Ecclesia tolleretur, c. ult. caus. 15. q. ult. & forma Ecclesiæ in collatione servetur. Nam licet talis sit suspensus à perceptione Sacramentorum, & sic non debeat illa percipere: non tamen est suspensus à collatione, & sic videtur suspensus quoad se tantum, non quoad alios, *Gl. in cit. c. ult. V. Non carent. Hostiens. V. Virtutis. Et quamvis sic excommunicatus peccet, conferendo Sacramenta alijs, non tamen prohibentur subditi ab illo ea recipere, adeòque non prohibetur à collatione, quantum ad Subditos, sed à participatione, seu perceptione tantum, quæ ipsum tangit, & commaculat, Hostiens. hic V. à collatione. Conferens ergo Sacramenta non participat, quia non confert illa principaliter in suam utilitatem, sed ad recipientium utilitatem: participans verò principaliter percipit Sacramenta ad suam utilitatem, & ideo dicitur participare, id est, partem capere: & prohibetur à participatione, seu perceptione Sacramentorum, quam principaliter facit propter suam utilitatem: non autem ita prohibetur à collatione, quæ principaliter respicit utilitatem aliorum, Hostiens. hic V. In sola perceptione.**

LIII. Additur in cit. c. Peccat autem, in fine. Limitatio, dummodo non in contemptum Ecclesiæ » sticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem » Superioris, communioni excommunicatorum » pertinaciter se ingererit, quo casu, anathemate, » hoc est, majore excommunicatione est feriendus, » nempe per sententiam, si commonitus non destiterit à communicatione cum excommunicatis, juxta c. Quod in dubijs. 30. de sent. excomm. & tunc Sacramenta ab eo collata effectum carent, & à tali ordinatus non habet executionem Ordinis, licet Characterem accipiat, si in forma Ecclesiæ Ordo conferatur, *Gl. hic V. In contemptum: & insuper talis, ob contemptum excommunicatus, privatus erit potestate eligendi, & jurisdictione, Gl. marg. hic in §. Peccat autem.*

LIV. Sed nunc ulterius quæritur, quomodo peccet ligatus minore excommunicatione, si Sacramenta conferat, quia id in textu non exprimitur? Prima opinio est, quod peccet mortaliter, *Silvest. V. Excommunicatio. 4. n. 1. Sed contra est; quia sic excommunicato non prohibetur activa participatio, sive collatio Sacramentorum, sed solum passiva participatio, sive perceptio eorum, ergo nihil facit contra prohibitionem SS. Canonum, adeòque non peccat, saltem graviter, Suar. cit. l. n. 6. Secunda sententia est, quod talis omnino non peccet, nec venialiter, administrando Sacramenta, quia privatur solum participatione passivâ, sive perceptione Sacramentorum, collatio autem non est illi prohibita, si conferendo non suscipiat. *Navarr. in Man. c. 27. n. 24. Et hinc talis excommunicatus, non solum potest alium absolvere ab excommunicatione, quia talis**

talis absolutio non est Sacramentalis, sed etiam à peccatis, quia hoc est conferre, sive administrare Sacramentum poenitentiae, non autem suscipere; & poterit etiam infirmis Eucharistiam ministrare, sine celebratione Missae, *Lopez in pract. Can. cit. c. 33. in addit. lit. E.* Nec obstat, quod in *cir. c. ult. §. Peccat autem* dicitur, excommunicatum minore excommunicatione peccare, conferendo Sacramenta: quia id intelligi debet de illa collatione, quae fit unà cum participatione, sive perceptione passiva: nam aliàs textus ille esset sibi contrarius, cum expresse ibi decisum sit, talem excommunicatum à sola participatione, sive perceptione Sacramentorum esse remotum, adeoque non peccat, si solum conferat, & non suscipiat, *Lopez cit. l.* Et hæc sententia probabilis est. Tertia sententia est, quod si talis excommunicatus Sacramenta non percipiat, sed solum conferat, venialiter tantum peccet, idque probatur ex *cir. c. ult.* Nam postquam prius dictum fuerat, quod si ce-

lebrat, peccat graviter, postea dicitur, per conferendo Sacramenta Ecclesiastica, non peccat graviter, sicut prius, ergo saltem leviter peccabit, *Covarr. in c. Alma, p. 1. §. 1. v. 1. ubi etiam rationem dat, quia per hoc directe non remouetur quis per excommunicationem minore à collatione Sacramentorum, non peccat graviter, si hoc faciat, nec aliter, nam Ecclesiasticam incurrit: quia tamen communicatio aliquam indecentiam affert, ret aliquam culpam, quod in eo statu Sacramentum ministraret. Ex quo sequitur, supposita hac sententia etiam valde probabilis est, quod si talis ligatus minore excommunicatione celebraverat Ordines, peccat mortaliter, & venialiter, in quantum in Missa communicaverat, in quantum administrat Sacramenta, sive Ordines confert, *Avila cit. l.**

T I T V L V S XXVIII. DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE.

Dictum est Titulo præcedente de Clerico excommunicato, deposito, vel dicto ministrante, subjicitur nunc iste Titulus de Clerico non ordinato ministrante: ac proinde agitur hîc de irregularitate, quam quis incurrit usurpationem illicitam Ordinis, quem non habet.

I.

Uzitur primò. An irregularis fiat, & quana poenam incurrat Clericus, qui ministrat in Ordine, quem non habet? Resp. de hoc agitur in primis in *c. Si quis. t. h. t.* ubi Papa Honorius statuit, ut si quis baptizaverit, aut aliquod divinum Officium exercuerit, non ordinatus (ut si quis Epistolam canat, vel legat, tanquam Subdiaconus, cum non sit, vel Evangelium, tanquam Diaconus, vel tanquam Sacerdos celebret, cum non sit) propter temeritatem, ac præsumptionem suam, abijciatur ex Ecclesia, & nunquam ordinetur. Ratio est; quia talis graviter delinquit, usurpando sibi officium, seu ministerium, ad quod non est ordinatus, seu deputatus, nec potestatem accepit, ideoque puniendus est in eo, in quo deliquit, *Vivian. in Ration. Jur. Pontif. hîc.*

II. Præterea in *c. Ex litteris. 2. h. t.* habetur, quod quidam Diaconus, antequam Episcopus ei manum imposuisset (id est, in Presbyterum eum ordinasset) Missarum celebrationem usurpare præsumpserit. Consultus super hoc Papa Urbanus III. respondet, quod ad Sacerdotis Officium non poterit promoveri (sine dispensatione scilicet, & sic punitur in eo, in quo deliquit, *Gl. hîc v. Promoveri*) à Diaconatu quoque per biennium, vel triennium, prout Episcopo Diocesano visum fuerit, suspensus maneat. Quoad beneficium vero cum eo misericorditer, & clementer agatur, ne

sustentatione necessariâ privatus, ad secularia revertatur (quod redundaret in opprobrium Ordinis Clericalis, si mendicare cogeretur) applicationem, *9. de renunc. Gl. hîc v. Negat* item securius cum eo dispensari possit, si non habeat executionem Ordinis Diaconatus, ut prius statutum, & beneficium Ecclesiasticum recipere possit, *Gl. hîc v. Misericordiam*) condignam sententiam ei imponatur. Consultus autem Urbanus talis faceret, si ad vitam regularem, vel in Religiosorum transiret.

III. Pro intellectu horum cap. notandum est, Clericum ministrans in Ordine, quem non habet, irregularis, ut colligitur ex *cir. c. 1. h. t.* poena imponitur tali usurpatori Divini, seu Sacramentalis Officii, ut notat *Suar. dif. 41. de cens. n. 2.* Prima est excommunicatio, non quod jure lata, sed ferenda per sententiam, quod verbo abijciatur, quod ministerium hoc abijciatur. Secunda est poena irregularitatis, quod agitur illis verbis, *nunquam ordinetur*, ita ut ministrat in Ordine superiore, quem non habet, Diaconus in officio Sacerdotis, ut in *collatione* nunquam in perpetuum possit promoveri ad Ordines superiores nondum susceptos v. g. Sacerdos, qui ministravit, nisi cum illo dispensetur, quod attinet ad Ordines inferiores, quem non habet, qui ministravit in Ordine, quem non habet, tunc est suspensus ab usu, & exercitio Ordinis, & postremo suscepti, & quidem